SIGISMVNDVS Dei gratia Rex Polonie: Magnus dux Lithuanie. Ruſſie. Pruſſie. Mazonieq[ue] etc dominus et heres: Cum Regii ſit ſplendoris et dignitatis. inter ceteras curas et ſollicitudines ſuas illud maxime obſeruare, ne optime de ſe meriti premijs negligantur, Nos preclaris et egregiis meritis Venerabilis Joannis Andree de Valentinis clerici Mutinen. Arcium et medicine do:ctoris Sandomirien et Trocensis Prepoſiti. noſtri et Sereniſſime Coniugis nre phiſici. deuincti: ut illius erga nos fidem teſtatam poſteris domi forisq[ue] faceremus: Manifeſtum facimus tenore preſencium vniuerſis preſentibus et futuris has noſtras lras inſpectur[is] Quomodo cum ipse ſupranominatus venerabilis Joannes phiſicus noſter. contractu quodam cum Venerabili Petro Conarſki Custode Cracouien et Secretario noſtro. Canonicatum Eccl[es]ie maioris Cracouien aſſecutus, ortus ſui nobilis teſtimonium venerabilibus, Prelatis. Canonicis. et Capitulo Cracouien. circa recepcionem ſuam, iuxta Regni publica et illorum priuata Priuilegia et iura facere debuiſſet, illudq[ue] quod inter paucos facturus fore[t] maluiſſet prius pro animi ſui magnitudine, palam in noſtrum et Senatus nri, publicum auditorum deferre: nos illum in frequencia multorum hominum audiuimus: documentisq[ue] ampliſſimis ſuper eius natalibus ex literis Rmi in christo patris. domini herculis de Rangonibus miſeracione diuina Sancte Agathe. sancte Romane Eccl[es]ie diaconi Cardinalis et Episcopi Mutinen: Et aliis eciam lris Illustr Principis et domini Alfonsi Ducis Ferrarie. Mutine et Rhegii Marchionis. et Esten Rhodijq[ue] Comitis. vna cum Conſiliarijs noſtris receptis. comperimus cognouimusq[ue] illum fore fuiſſeq[ue] et eſſe Patricium Mutinenſem de quatuor deſcendenciis videlicet ex bone memorie domino Ludouico valentino, Lucrecia de taxonibus, et domina Jeronima Barocia domine Margarethe de Chorteſijs Patriciorum Mutinenſium filijs. Et ex primoribus et Nobilioribus fa:miliis Patriciorum Mutinensium, atq[ue] ex patricia prole, parenteq[ue] utroq[ue] nobili editum. Cuius rei nos teſtimonium perhibemus et fatemur preſentibus lris noſtris. illum pro Patricio et Nobili, tam a nobis q[uam], ab omnibus Conſiliarijs noſtris. nobiſcum in preſens exiſtentibus. agnitum et receptum esse. Quoniam vero ea ſit eciam hoc tempore vbicumq[ue] gencium laudatissima et recepta conſuetudo, vt qui vel de republica ſint insigniter meriti, vel alia quapiam virtute aut condicione ceteros antecellant, nouis authoritate Regia munerentur Priuilegiis: Nos perſpectam habentes virtutem. induſtriam. erudicionem Joannis Andree Phiſici noſtri prefati, ac ſeruicijs et officiis magne fidei eius probatis, que non ſolum nobis cum Sermo filio et Coniuge, aliisq[ue] liberis nris, in grauiſſimo periculosoq[ue] egritudinum cuiusq[ue] Statu: ſed multis eciam Conſiliariis noſtris varie affectis. vtilius. magisq[ue] egregie. q[uam] quis alius artis medice profeſſor preſtitit, Et multis nominibus commendarint. volentesq[ue] ei ſingularem graciam noſtram declarare et exhibere, aſciſcendum et adnumerandum illum. alioq[ui] ut ſupra declaratum eſt nobilem et Patricium Mutinen, ordini Et numero Subditorum noſtrorum Nobilium duximus. aſciſcimusq[ue] et adnumeramus p[rese]ntibus, authoritate regia, et de plenitu:dine poteſtatis noſtre: Illi de conſilio pariter Et aſſensu Conſiliariorum noſtrorum tribuentes Et concedentes, vt in hoc Regno Et alijs dominijs noſtris, pro Indigena Nobili cenſeri Et reputari: ac prerogatiuis quibus ceteri nobiles ſubditi ac indigene Regni noſtri gaudent, ad aſſequenda et obtinenda Sacerdocia in omnibus Eccleſijs maioribus et minoribus, vti frui libere Et ſine vllo impedimento poſſit et valeat. Hoc tamen ſpecialiter expreſſo, ut res hec non trahatur in exemplum: neq[ue] Priuilegia, tam Regni publica q[uam], Eciam Eccleſie Cathedralis et Capituli Cracouien, aliarumq[ue] Ecc[les]iarum et Capitulorum priuata, aliqua in parte leſa vel irritata per hec cenſeantur: Nam quod pro ampliſſimis Joannis Andree meritis de benignitate nra et maturo conſilio pri:morum Conſiliariorum noſtrorum, ei vni concedimus, non videtur Priuilegiis tam noſtris. et predeceſſorum noſtrorum, q[ue] eciam Aplicis in fauorem Nobilium perſonarum Et Eccl[es]iaſticarum Regni noſtri conceſſis, vllum afferre poſſe nocumentum. Idcirco vniuerſis et ſingulis Principibus Eccl[es]iaſticis Et ſecularibus dominis Archiepis. Epis. Et Capitulis Eccleſiarum, Ducibus. Comitibus. Palatinis. Caſtellanis. dignitarijs. officialibus. Nobilibus militibus, omnibus deniq[ue] Regni Et dominiorum nrorum Subditis. cuius:cumq[ue] dignitatis. ſtatus et preeminencie exiſtentibus, mandamus, ut predictum venerabilem Joannem Andream phiſicum noſtrum, non aliter niſi Nobilem Et Patricium Mutinen. Regniq[ue] et dominiorum noſtrorum Indigenam appelletis. habeatis Et reputetis. Simulq[ue] illum in omnibus Eccleſiis maioribus vel minoribus hiis prerogatiuis quibus alii Subditi nri Nobiles ex vtroq[ue] parente procreati vtuntur et fruuntur. de Iure et conſuetudine vti. frui, Et in eis permanere quiete Et pacifice ſinatis et per:mittatis Et aliter facere non debeatis pro gracia noſtra. In quorum omnium et ſingulorum fidem et teſtimonium premiſſorum Sigillum noſtrum preſentibus eſt ſubappenſum. Dat Cracouie die vigeſima prima Menſis Aprilis. Anno domini Mille° Quingenteſimo trigeſimo primo. Regni noſtri anno [vi]geſimo quinto. Preſentibus Reuerendis in chro patribus dominis Petro Episcopo Cracouien et Regni noſtri Vicecancellario. Petro de Gamratis Electo Camenecen. ac Magnificis Et Generoſis Criſtophoro de Schidlowiecz Caſtellano Et Capit° Cracouien Et Regni noſtri Cancellario: ac Siradien, Noue Ciuitatis Corczin. Goſtinen. Sochaczouien. et Lucouien Capitaneo. Andrea de Thanczin Cracouien: ac Belſen. Chelmen. Rathnen. Cras:noſtauensi Capitaneo. Joanne Comite de Tharnow Ruſſie, ac Exercituum Regni nri ſupremo ductori et Capitaneo Sandomirien. Joanne Bochotniczki de Oleſchnicza Lublinen, Palatinis: Nicolao de Schidlowiecz Sandomirien. Et Regni noſtri The:ſaurario, ac Radomien. Chepicen. Olstinen. Zathorien. Oſſwyanczimen. Grodecen Capitaneo. Petro Kmitha de Viſchnicze Voijnicen. Regni nri Marſchalco, ac Scepusien. Premiſlien. Colen Capitaneo. Joanne de Thanczin Lublinen. Marſchalco Curie noſtre Et Capitaneo Lublinen. Staniſlao de Sprowa Viſlicien. et Capit° Opoczinen. Laurencio Miſchkowſki de Mirow [illegible] Sta° Myeleczki Zawichoſten. Martino Miſchkowſki de Mirow Lyelunen. Spithkone de Tharnow Sarnoien, Caſtellanis. [illegible] plurimis officialibus Secretarijs [illegible]

SIGISMVNDVS Dei gratia Rex Polonie: Magnus dux Lithuanie. Russie. Prussie Mazonieq etc dominus et heres: Cum
Regii sit splendoris et dignitatis inter ceteras curas et sollicitudines suas illud maxime observare, ne optime de se meriti premiys negligantur, Nos preclaris et egregiis meritis Venerabilis Joannis Andree de Valentinis clerici Mutinen. Arcium et medicine Do:
ctoris Sandomirien et Trocensis Prepositi. nostri et Serenissime Coniugis nre phisici. devincti: ut illius erga nos fidem testatam posteris domi forisq faceremus: Manifestum facimus tenore presencium universis presentibus et futuris has nostras lrās inspectur
Quomodo cum ipse supranominatus venerabilis Joannes phisicus noster. contractu quodam cum Venerabili Petro Conarski Custode Cracomen et Secretario nostro. Canonicatum Ecc[l]sie maioris Cracomen assecutus, ortus sui nobilis testimonium venerabilibus,
Prelatis. Canonicis. et Capitulo Cracomen circa recepcionem suam, iuxta Regni publica et illorum privata Privilegia et iura facere debuisset, illudq quod inter paucos facturus foret maluisset prius pro animi sui magnitudine, palam in nostrum et Senatus nri,
publicum auditorium deferre: nos illum in frequencia multorum hominum audivimus: documentisq amplissimis super eius natalibus ex literis Rmi in christo patris. Domini herculis de Rangonibus miseracione divina Sancte Agathe. sancte Romane Ecce
diaconi Cardinalis et Episcopi Mutinen: Et aliis eciam lris Illustr Principis et Domini Alfonsi Ducis Ferrarie. Mutine et Rhegii Marchionis. et Esten Rhodijq Comitis. una cum Consiliarijs nostris receptis. comperimus cognovimusq illum fore fuisseq et ēs Se
Patricium Mutinensem de quatuor descendenciis videlicet ex bone memorie domino Ludovico valentino, Lucrecia de taxonibus, et domina Jeronima Barocia domine Margarethe de Chortesijs Patriciorum Mutinensium filijs. Et ex primoribus et nobilioribus fa:
miliis Patriciorum Mutinensium, atq ex patricia prole, parenteq utroq nobili editum. Cuius rei nos testimonium perbibemus et fatemur presentibus lris nostris. illum pro Patricio et nobili, tam a nobis q ab omnibus Consiliarijs nostris. nobiscum in presens
existentibus. agnitum et receptum esse. Quoniam vero ea sit eciam hoc tempore ubicumq gencium laudatissima et recepta consuetudo, ut qui vel de republica sint insigniter meriti, vel alia quapiam virtute aut condicione ceteros antecellant. novis authoritate
Regia munerentur Privilegiis: Nos perspectam habentes virtutem industriam erudicionem Joannis Andree Phisici nostri prefati, ac serviciys et officiis magne fidei eius probatis, que non solum nobis cum Sermo filio et Coniuge, aliisq liberis nris, in gravissio
periculosoq egritudinum cuiusq statu: sed multis eciam Consiliariis nostris varie affectis. utilius magisq egregie q quis alius artis medice professor prestitit, Et multis nominibus commendavit. volentesq ei singularem graciam nostram declarare et
exhibere, asciscendum et adnumerandum illum. aliqui ut supra declaratum est nobilem et Patricium Mutinen, ordini Et numero Subditorum nostrorum Nobilium duximus. asciscimusq et adnumeramus pntibus, authoritate regia, et de plenitu:
dine potestatis nostre: Illi de consilio pariter Et assensu Consiliariorum nostrorum tribuentes Et concedentes, ut in hoc Regno Et alijs Dominijs nostris, pro Indigena Nobili censeri Et reputari: ac prerogativis quibus ceteri nobiles Subditi ac indigene Regni
nostri gaudent, ad assequenda et obtinenda Sacerdocia in omnibus Ecclesijs maioribus et minoribus, uti frui libere Et sine ullo impedimento possit et valeat. Hoc tamen specialiter expresso, ut res hec non trahatur in exemplum: neq Privilegia, tam Regni
publica q Eciam Ecclesie Cathedralis et Capituli Cracovien, aliarumq Ecclesiarum et Capitulorum privata, aliqua in parte lesa vel irritata per hec censeantur: Nam quod pro amplissimis Joannis Andree meritis de benignitate nra et maturo consilio pri:
morum Consiliariorum nostrorum, ei uni concedimus, non videtur Privilegiis tam nostris et predecessorum nostrorum, q eciam Aplicis in favorem Nobilium personarum Et Ecclesiasticarum Regni nostri concessis, ullum afferre posse nocumentum. Idcirco
universis et singulis Principibus Ecclesiasticis Et secularibus dominis Archiepis. Epis Et Capitulis Ecclesiarum, Ducibus Comitibus. Palatinis. Castellanis. Dignitarijs. officialibus. Nobilibus militibus, omnibus denique Regni Et Dominiorum nrorum Subditis. cuius:
cumq dignitatis. status et preminencie existentibus, mandamus ut predictum venerabilem Joannem Andream phisicum nostrum, non aliter nisi Nobilem Et Patricium Mutinen. Regniq et dominiorum nostrorum Indigenam appelletis. habeatis Et
reputetis. Simulq illum in omnibus Ecclesiis maioribus vel minoribus hiis prerogativis quibus alii Subditi nri Nobiles ex utroq parente procreati utuntur et fruuntur. de iure et consuetudine uti frui, Et in eis permanere quiete Et pacifice sinatis et per:
mittatis Et aliter facere non debeatis pro gracia nostra. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum Sigillum nostrum presentibus est subappensum. Dat Cracovie Die vigesima prima Mensis Aprilis. Anno Domini Mille°
Quingentesimo trigesimo primo. Regni nostri anno vigesimo quinto. Presentibus Reverendis in chro patribus dominis Petro Episcopo Cracovien et Regni nostri Vice Cancellario. Petro de Gamratis Electo Camenecen. ac Magnificis Et Generosis
Cristophoro de Schidlowiecz Castellano Et Capito Cracovien Et Regni nostri Cancellario: ac Siradien, Nove Civitatis Corczin. Gostinien. Sochaczovien. et Lucovien Capitaneo. Andrea de Thanczin Cracovien: ac Belsen. Chelmen Rathnen Cras:
nostavensi Capitaneo. Joanne Comite de Tharnow Russie, ac Exercituum Regni nri supremo Ductori et Capitaneo Sandomirien. Joanne Bochotniczki de Oleschnicza Lublinen, Palatinis: Nicolao de Schidlowiecz Sandomirien. Et Regni nostri The:
saurario, ac Radomien. Chepicen. olstinen. Zathorien. Osswyanczimen. Grodecen Capitaneo. Petro Kmitha de Vischnicze voijnicen. Regni nri Marschalco, ac Sc[...]nien. Premislien. Colen Capitaneo. Joanne de Thanczin Lublinen. Marschalco Curie
nostre Et Capitaneo Lublinen. Stanislao de Sprowa Vislicien. et Capito Opoczinen. Laurencio Mischkowski de [...] Sta Myslecki Samchosten. Martino Mischkowski de Mirow Vyelunen. Spithkone de Tharnow Zarnovien, Castellanis.
Ceterisq q plurimis Officialibus Secretarijs Aulicis et Subditis nostris Status utriusq. Sincere et fidelibus nris [...]

Sigismundus Rex

1531 24/IV

28 (38)

M 050